

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Dissertatio Philosophico-Philologica In Nouissima Daudis  
Verba, 2. Sam. XXIII, 1-8**

**Stentzler, Lorenz Stentzler, Lorenz**

**Gryphiswaldiæ, [MDCCXXXVIII?]**

**VD18 13287737**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14998**

כ ש ש  
DISSERTATIO PHILOSOPHICO-  
PHILOLOGICA

IN  
NOUISSIMA DAU-  
DIS VERBA,

2. SAM. XXIII. I-8.

---

QUAM  
CONSENSU  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS,  
PRÆSIDE  
LAURENTIO STENTZ-  
LER,

SCH. SEN. CON-R. ET PHILOSOPH. MAG.  
DIE XXXI. MARTII, ANNI MDCCXXXIII.


PUBLICICE DEFENDET  
JOHANNES FRIDERICUS  
STEFFEN,  
CAMINO-POMERANUS,  
PHILOSOPHIÆ ET THEOLOGIÆ STUDIOSUS.

---

GRYPHISWALDIÆ,  
EX TYPOGRAGHEO CAROLI HÖPFNERI,  
REG. ACAD. TYPOGR.







B.I.G.

Farbkarte #13

1 2 3 4 5 6 7 8  
19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1

Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

EX LIBRO  
BIBLIOTHEK  
DIE KUNST  
JOMANN  
LANGE  
DIREKT





AUX

REVERENDISSIMES, ILLUSTRISSIMES  
MESSEIGNEURS

LES PRELATS RESIDANS DANS LA CA-  
THEDRALE DE CAMIN

à *Monseigneur* EWALDE GEORGE  
de KLEIST,  
DOYEN.

à *Monseigneur* CHARLES FREDE-  
RIC Baron de DANCKELMANN,  
CHANTRE.

à *Son Ex. Monseigneur* de MASSOW,  
MINISTRE D'ETAT PRESIDENT EN CHEF ET  
VICE-CHANTRE.

à *Monseigneur* FRIDERIC GUIL-  
LAUME de CARNITZ,  
CONSEILLER PRIVE DE S. M. R. ET PRE-  
LAT SCHOLASTIQUE.

à *Monseigneur* ERNEST FREDE-  
RIC de WEDEL,  
TRESORIER.





## Messeigneurs!

**J**e n'ûse jamais eu la témérité d'entrer de plein pié au public, & de m'y presenter avec ce peu de fuïlles devant VOUS MESSEIGNEURS REVERENDISSIMES ET ILLUSTRISSIMES PRELATS! Si vôtre Benignité, qui VOUS est naturelle, ne m'ût point franchi le pas à un libre Accès, par le quel il me semble d'être gracieusement permis de VOUS en faire cette Dedicace. Delà je suplie, qu'il VOUS plaise de jetter un oeil favorable sur ce petit échantillon de mes études, que je VOUS dedie de la plus humble soumission, pour en marquer la plus profonde Veneration & Respêt, que je VOUS ai; avec Instance, de me favoriser encore desormais de VOTRE Protection, à la quelle je me consacre très-respectüusement, de même que le Cours de mes études. Il ne me reste que d'implorer ardemment le Tout-puisant de VOUS vouloir combler de ses Dons Celestes & seconder tous vos Sages Conseilles & Entreprises, en VOUS faisant prospérer long tems. Ce sont les Voeux ardans de celui, qui fera gloire d'avoir aquis la grace de se nommer à jamais

## Messeigneurs

Vôtre

Tres-humble &  
Tres-obeissant Valet

JEAN FRIDERIC STEFFEN.







## Conspectus Dissertationis.

- |  |  |
|--|--|
| §. I. <i>Verba morientium magni sunt facienda.</i> | §. VII. <i>Affectus loquentis.</i>               |
| §. II. <i>Sabiectum verborum nostrorum.</i>        | §. VIII. <i>Scopus verborum.</i>                 |
| §. III. <i>Occasio.</i>                            | §. VIII. <i>Antecedentia &amp; consequentia.</i> |
| §. IIII. <i>Tempus.</i>                            | §. X. <i>Analysis Logica.</i>                    |
| §. V. <i>Obiectum personale.</i>                   | §. XI. <i>Analysis Grammatica.</i>               |
| §. VI. <i>Obiectum reale.</i>                      | §. XII. <i>Accentuum ratio.</i>                  |
|  | §. XIII. <i>Versio.</i>                          |



### §. I.

Erbis illorum nouissimis, qui sui non immemores ex vita discesserunt, a multis retro seculis pretium aliquod, & nostro quidem iudicio non immerito, est constitutum Optime rebus suis nobis consulere videntur, qui, si qua datur facultas, lecto decumbentium affixi, sapientiae præcepta ex ore morientium quoque trahunt, & prudenter ab illis dicta altius infigunt animo, ad vitam sapienter instituendam, deuia euitanda, & iustum rebus

A huma-



humanis, quæ vera nobis videtur sapientia, statuendum pretium. Temporis momento sæpe plus proficies hoc in ludo, quam si per omne vitæ tempus litteris gnauiter incubueris, quin imo illis sis immortalis. Vltimus rerum humanarum articulus Doctores nobis sistit fidos, qui vsu edocti, non nisi salutaria nobiscum communicare, sapientissimisque nos adiuuare possunt consiliis. Illi, qui res iusta seriaque pensitarunt æstimatione, paucis plura complectuntur, ad vitam quæ faciunt instituendam, quam alii prolixis suis sermonibus, qui dum nubem amplexi sunt pro Junone, fumum venditant, & intelligendo faciunt vt nihil intelligant. Operæ itaque pretium duxerunt harum rerum periti, vt vltima ex ore morientium, qui sui compotes ex hac vita demigrarunt, exciperent sapientiæ præcepta, excepta litteris mandarent, mandata ad posteros transmitterent. Vltima Socratis, qui litteris & studiis suis fuit dignissimus, verba nobis dedit Plato, nisi plura immiscuerit ex suis, cuius fraudis postulatur a STOLLIO (\*). Vltima illorum verba, qui ob veritatis cœlestis confessionem igni & exquisitissimis tormentis necati, in animis circumstantium reliquerunt stimulos, tam alte defixos, vt multi illorum impetu quasi abrepti, Seruatori nomen darent, & corpus vltro offerrent tormentis, quibus laceraretur, fœdissimis. Factum est inde, vt verba confessorum memoria dignissima in vnum colligerentur, & pro concione legerentur, vnde Martyrologia, quorum catalogum nobis dedit FABRICIUS (\*\*). Sed dira, quæ illorum temporum fuit, pestis, specioso piæ fraudis superbiens titulo, pium hoc inuasit institutum, dum multa fingebantur, & falsa veris admiscebantur. Tutiora itaque & ab omni fraudis humanæ suspitione libera nobis circum-

(\*) Historie der Gelehrtheit p. m. 504.

(\*\*) Bibl. Gr. Vol. VIII p. m. 33. seqq.



cumspicienda sunt præsidia, in hoc ludo dum versari contendimus. Scriptores diuino spiritu inflammati, vltima nonnullorum verba, qui in eo fuerunt, vt vitam cum morte commutarent, summo ad nos transmiserunt studio. Locum sibi inter ea postulant suo iure nouissima Davidis verba, quæ 2. Sam. XXIII. 1 - 8. relata leguntur. Sunt autem hæc:

v. 1. ואלה דברי דוד האחרונים נאם דוד בן ישי ונאם  
הגבר הקם על משיח אלהי יעקב ונעים זמרות  
v. 2. ישראל: רוח יהוח דבר בי ומלתו על לשוני:  
v. 3. אמר אלהי ישראל לי דבר צור ישראל מושל  
v. 4. באדם צדיק מושל יראת אלהים: וכאור בקר  
יזרח שמש בקר לא עבות מנגה ממטר רשא מארץ:  
v. 5. כי לא כן ביתי עם אל כי ברית עולם שם לי  
ערוכה בכל ושמרה כי כל ישעו וכל חפץ כי  
v. 6. לא יצמיח: ובלועל כקוץ מנר כלהם כי לא ביר  
v. 7. יקחו: ואיש יגע בהם ימלא ברזל ועץ חנירת  
ובאש שרוף ישרפו בשבר:

Ad quæ verba, tanquam specie obscurissima (\*) cum quæ ex re duximus, in medium afferendi animus est, paucis nobis compellandus es B. L., vt conamina nostra adiuues, & Te nobis præbeas iudicem facilem atque benignum.

### §. II.

Ordine vero vt incedamus, dum lucem quandam his verbis affundere, nobis constitutum est apud animum, non immemores sumus moniti sapientum, qui interpretem de circumstantiis textus inprimis volunt esse solli-

A 2

citum,

(\*) Freywilliges Berlinisches Heb. Opffer Xlter Beytrag n. II. p. 27.



citum, ne sensum inferendo, iniurii simus in verborum, ex quibus sensus efferendus, auctorem. Circumstantias Textus si distinguere fas est ab ipsis Scripturæ Sacræ verbis, quæ ex Textus visceribus eruuntur, cum illis, quæ aliunde arcessuntur, & externe petuntur, non sunt miscendæ. Has vero si seorsim perpendamus, primo nobis cogitandum erit de illo, ex cuius sacro hæc verba promanarint ore. Titulus, quem præ se ferunt, auctorem prodit, de quo Interpretes consentiunt ad vnum omnes. Prior vero versiculi primi pars tantummodo referat titulum, an posterior quoque eo spectet, nondum extra controuersiam mihi positum esse videtur. Si suffragiis multitudinis res permitteretur, confecta esset. Si vero rationibus pugnandum, fortunam tentabimus. Nobis falua aliorum auctoritate, proprius ad verum accedere videtur, posteriorem quoque commatis prioris partem titulum verborum referre, seu inscriptionem, quæ auctori, cuius opera Spiritus Sanctus in conscribendo hoc libro usus est, siue Samuel is fuerit, siue Gadus, siue Nathan, (\*) dummodo spiritu diuino afflatus librum confecerit, est tribuenda. Ne vero hæc temere adstruxerimus, ipsa versiculi prioris verba non sunt sollicitanda, sed curatius modo pensitanda, & fidem dictis facient; de Dauide enim in tertia loquuntur persona, cum versiculi sequentes ad vnum omnes adhibeant primam. Inspicias quæso ipsa Textus verba, & non deprehendes tantum verbum tertiæ personæ in דָּוִד; sed Dauides dicitur etiam דָּוִד, ille scilicet vir, quo digitum intendat scriptor sacer; & licet in prioribus mentio eius esset facta, cui hæc verba ferimus accepta, subiicitur tamen in eadem persona tertia דָּוִד נָא. Sed ne quid dissimulemus, scriptoribus sacris nonnunquam usu venire solet, vt non sine ratione personas mutent, eodem manente subiecto. (†)

Ad

(\*) BUDDEI Hist. Eccl. V. T. T. II p. 297. seqq.

(†) GLASSIUS Phil. S. C. IV. Tr. II. obs. 16. 17. p. m. 1235. seqq.



Ad huiusmodi personarum mutationem vero non sine necessitate erit confugiendum, præsertim ab initio, & quando signa adsunt, ex quibus colligere possis, diuersas adesse personas, a quibus verba sint profecta. (†) Signa autem hic dari, probatur non tantum ex diuersitate personæ loquentis, sed ex illo quoque, quod præcedit, illud enim aperte Scriptorem refert, a Dauide qui fuit distinctus. Scriptor itaque diuinus, cui hæc verba accepta ferimus, totus in eo est, vt exponat, quam humilem DEVS acceperit Dauidem, & ad quantam fortunam amplitudinemque perduxerit eum, quæ tanta erat, vt dignitatem atque gratiam omnium, quos illa ætas tulit, antecessisse videretur, dum non tantum ad summum fastigium euectus, sed ab illo, qui summus rerum humanarum arbiter atque moderator, rex esset constitutus, quin imo, quod primo commemorandum erat loco, spiritu diuino agitatus, studium operamque contulerit ad hymnos sacros pangendos atque conscribendos.

## §. III.

Occasionem, quæ Dauidem, in vltimis constitutum commouit, vt in hæc erumperet verba, ipse significat auctor, quæ tamen cum ex signis latentibus colligenda, dabimus, operam, quantum coniectura quidem consequi valeamus vt ex ipsis Textus visceribus illam eruamus; historiam autem illorum temporum, quoniam insignem prorsus dicendis foenerat lucem, in subsidium sumus vocaturi. Circa illud tempus, quo Dauides annis confectus ad exitum vitæ erat euocandus, fuere, qui rebus nouis studerent, seditionesque pararent. Hi postquam promissa Salomoni, in spem regni nato, non sine diuino consilio facta, viderant confirmata, certa, rata, gratiam

A 3

regis

(†) RAMBACHIUS Herm. S. p. m. 111. GLASSIUS I. c. Lib. I. Tr. IV. S. I. p. 320.





regis quidem requirere videbantur, pectore autem mala coquebant consilia, quæ callide premebant. Res vero Salomonis recens electi, cum in dies viderent lætiores surgere ac florentiores, animum sibi inducebant, ut crederent, felicitatem illam non fore diuturnam, aliis quoque ut id persuaderent, quantum auctoritate, gratia, pecunia valebant, enitebantur. Dauides cum in rei notitiam perveniret, oratione & gratia illos reconciliare studebat, & cum in eo esset, ut animam efflaret, rebus refractariorum consulebat, auctorque illis erat gravissimus, ut ad æquitatem dilaberentur, nescientes prudentes in perniciem ruerent, sibi ante oculos positam. Ad hæc auctor moribundus digitum intendit v. 4. 5. 6. 7. Si historiam horum temporum consulamus, ex 1. Reg. I. II. 1. Paral. XXVIII. 20 - 26, cognoscimus, Adoniam, filium regis natu maximum, postquam Absolomus & Ammon debitas impietatis dedissent pœnas, conf. 2. Sam. III. 1 & 6. 1. Paral. III. 5 & 10. specioso primogenituræ titulo regnum affectasse. In partes traxerat Abiatharum, qui ex reliquis sacri ordinis viris dignitate excellebat, & Ioabum, cui tanquam viro rerum bellicarum peritissimo, summa earum erat transdita. Qui ne officio suo deessent, res Adoniæ adiuuabant, populum religione, præmiis, pollicitationibus sollicitabant, illumque ad furorem & arma concitabant. Quod rerum novarum studium licet ad Dauidem vsque penetrauerit, indulgentissimus pater a se tamen impetrare non potuit, ut vi atque armis seditionem compesceret, malumque in prima suffocaret herba. Gratia potius contendeat atque indulgentia, ut filius, quem tenerrimo prosequeretur amore ad officium rediret. In quo cum frustra operam consumsisset, & res in neruum erumpere videretur, melius huic malo parare voluit rex, dum non sine nutu illius, qui fata mortalium dispensat, Salomonem regem appellari iubebat. Alia licet hoc factis rerum videretur inducitur



ducta facies, & omnia ad pacem & tranquillitatem composita, animus tamen eius, qui fax & tuba belli civilis, nondum resederat a superiori rerum nouarum studio, & quos sibi elegerat sceleris socios atque ministros, res adiuuabant inclinatas. Occasio hinc regi enata, ritu solemni & apparatu regio Salomoni regnum confirmare. Sed ne sic quidem impediri poterat, quo minus male feriati res nouas molirentur, regisque recens creati partes affectarent atque corripere. Dauides cum consilia improborum cognosceret, in viam illos reducere tentabat, exitium atque ruinam, quam Salomoni machinabantur, illis, tanquam refractariis atque rebellibus, portendi prædicebat, quippe qui ferro & igni essent compescendi, cum gratia & precibus se non paterentur commoueri. Dauidem vera prædixisse ex parte euentus docuit. Rex enim postquam in viuis esse desierat, Adonias non calida sed dementi ratione sese aperiebat, & indicio suo peribat. Abisag enim, quam pater annis grauis vxorem duxerat, expetebat sibi domum ducendam, non explendæ tantum libidinis caussa, sed vt nobis videtur, quo populum quoque, apud quem forsitan gratia valebat conjux regia, in partes traheret; quo facto non tantum sibi mortem contrahebat, sed reliquos quoque, qui amicitiam eius erant secuti, & ciuilibus se commiserant fluctibus, in perniciem trahebat. Hæ curæ cum Dauidem, animam agentem, sollicitarent, malus genius, infensissimus humani generis hostis, qui nullam rei bene gerendæ dimittit occasionem, rebus se immiscebat, suggestionibusque prauis animum Dauidis, qui labem non modo ex parentibus traxerat, sed conscientia factorum, vitiis quippe contaminatus & sordibus, animum ægrotum leuare non poterat consolando, angebat. Hinc Belialis tanquam principis cuiusdam ordinis sui meminit. Omnem autem spem atque præsidium collocat Noster in humani generis redemptore, illumque tanquam





quam iustum ac dominantem in timore Domini oculis subiicit.

§. III.

Tempus, quo verba hæc sunt edita, titulus nos docet v. i. ואלה דברי רוד האחרונים Paraphrastes Chaldæus pro libertate, qua utitur in circumscribendis verbis, ad hæc verba ita: ואלין פתגמי נבואת רוד האתנכי: *Et hæc verba Prophetie Dauidis, quæ prædixit de consummatione seculi, de diebus consolationis, qui sunt futuri.* Auctor his verbis digittum intendit ad fructum verborum, qui licet se diffundat per omnis ætatis homines, ita tamen sit comparatus, vt illi, quorum ætas in vltima incideret tempora, præ reliquis illum perciperent. Satis quidem pie, si vsum verborum spectes, sensum interim non expressit Paraphrastes. Præstantiores Iudæorum Magistri, de tempore, quo hæc verba sunt edita, ita statuunt, quod non quidem vitæ vltimum fuerit, Dauidem tamen inde ab illo tempore finem fecisse impulsu spiritus diuini sua edere. Hinc versio illorum Germanica, a præstantissimis Ebraicæ gentis Doctoribus summo studio confecta, curatius deinde reuisa & emendata, ita habet: Und das dasig ist die Red von David, die hinterste (nebhuah, i. e. Weissagung) (\*). R. D. KIMCHI putat, verba dici vltima, quia Spir. S. postea non venerit super Dauidem. GROTIUS, IUNIUS TREMELLIUS eandem inflant tibiam. Minime vero a nobis impetrare possumus, vt calculum nostrum his adiiciamus. Verba auctoris diuini ita sunt comparata, vt illa denotent, quæ auctor in vltimo rerum suarum articulo protulit, quibusue viuendi finem fecit, quemadmodum etiam adhiberi vox אחרין solet, quando multitudo rerum vel indiuiduorum simul proponitur, vt significet post omnia vltimum (+). Quo vero fundamento fidem nobis facient, quæ

(\*) Biblia Pentapla V. T. P. I. [†] STOCKIUS in Clauē L. S. V. T.



quæ nostra verba excipiunt, 1. Reg. II. 1-10. leguntur, & Dauidi tribuuntur, non a Spir. S. fuisse profecta? Nobis itaque videtur verisimillimum, verba hæc sine omni exceptione esse vltima, quæ Dauides, cum in eo esset, vt vitam commutaret cum morte, est locutus, & ita quidem vt vitam illis clausisset. Dubium fortasse ex ordine, quo verba hæc in sacro codice leguntur, oriri posset, quo lector commotus, in eam ingrederetur sententiam, verba vt opere coniunguntur, ita inter se cohærere tempore. Verum enim vero vt huic dubio obuiam eamus, scitu opus est, auctori librorum Samuelis, quicumque demum is fuerit, adeo insolens non esse, vt non grauissimis licet rationibus, summo studio a nobis rimandis, adductis, res interrumpat, nec omnes suo reddat tempori. Conferas quæso, ne hæc frustra monuisse videamur 2. Sam. VII. 1. Relatum hic legimus, Dauidem hostibus *omnibus* superatis cœpisse otio frui, & hinc curas cogitationesque conuertisse in templum ædificandum. Caput octauum vero huius libri si euoluas, memoriæ proditum est de hoc ipso Dauides, quod *postea* multas res feliciter gesserit cum Philistæis, Moabitibus, &c. conf. 1. Paralip. XVII. sqq. 2. Sam. XXI. 1. seqq. grauissima describitur fames, quæ per tres annos continuos populum Israëliticum vexarit. Calamitas illa originem traxerat ex sæuitia, qua Saulus, a quo regnum deuolutum erat ad Dauidem, vsus erat in Gibeonitas, qui postquam persecuti erant iniurias sibi a Saule illatas, malo afferebatur medela. Hæc omnia vero sub auspiciis Dauidis gesta sunt (+). Scriptor autem diuinus cum in eo esset, vt calamitates, quæ tempore Dauidis populum vexabant, exponeret, facere non potuit, quin & huius, quæ sub ipsis eius auspiciis acciderit, mentionem faceret. Sed in viam, vnde diuerterat oratio.

B

Verba

[+] BUDDEI Hist. Eccl. V. T. Tqm. II. p. 197. MICHAELIS  
Bibl. in not. ad h. l.



Verba nostra, si temporis, quo dicta sunt, rationem habeas, inserenda videntur 1. Reg. II. & versiculo nono dicti capitis iungenda, summa enim est eadem, argumentum idem (+). Hic vero dum Scyllam euitare uoluimus, in Charybdin Tibi incidisse videmur, causam Synchronos siue Hysterologias agentes, quam ex codice sacro proscriptam atque eliminatam vult Celeb. WOKENIVS (††), qui ne Synchronis hic admittat, in eam ingreditur sententiam, verba hæc dici vltima, vel quia sint testamenti loco Salomoni scripta, prout B. LUTHERUS statuit, vel quod Dauides hæc ante mortem scripserit, vt sint vltima, quibus deinde tamen sæpissime vsus est auctor (\*). Ad quæ vt pauca, id quod pace clarissimi viri fiat, regeram, verba non Salomoni tantum, sed Dauidi quoque ipsi, aliisque sunt scripta, & hæc expositio nonnihil a naturali vocis רוח יהוה significatione recedere videtur. Quæ autem ad pietatem criticam circa Synchrones spectant, de iis infra ad §. XI, commemorandi locus erit.

## §. V.

Nunc ad illum accedimus, de quo sermo est in his verbis. Dauidis cogitationes non angustis illis terminabantur limitibus, quibus vitæ nostræ curriculum est circumscriptum: Sed quemadmodum, cum viribus esset adhuc integris, curas cogitationesque defixerat in fontem ac scaturiginem bonorum largissimam; ita cum in vltimis esset constitutus, contemptis rebus humanis quibusvis, toto in illam ferebatur impetu, ad sitim, qua fatigatus erat, explendam. Patris atque Spiritus Sancti distincta fit mentio v. 2. in verbis רוח יהוה. Verba insimul nos do-

cent,

(+) Vid SCHOTTERI Dissert. Inaug. Rostochii sub Prasidio QUISTORPII 1708. habita de Nouiss. Dau. Verb. §. 3.  
 (††) In Vindiciarum Textus Originalis V. & N. T. P. II., siue Pietate Critica contra Synchrones. (\*) l. c. p. 50. seqq.



cent, ad quem auctorem sua referat Dauides, & qualis adhibenda sit verbis eius fides. Iudæi Dauidi sua reuelata contendunt per רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, vt R. D. KIMCHI & R. S. JARCHI ad h. l. Vndecim diuersos enim statuunt reuelationis gradus, quos quidam illorum ad quatuor reuocant, quorum infimum faciunt רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, quando quis suggestu Spir. S. eructat in laudes Dei, adeo, vt recondita sapientia auditores rapiat in admirationem, & ipse auctor nesciat, vnde sapientia sibi aduenerit. Distinguunt hunc reuelationis gradum a נְבוּאָה, de qua distinctione KIMCHI in Præf. ad Psalmos. Sed in his prout in reliquis sibi non satis constant; Versio enim illorum Germanica supra §. præced. citata, verba hæc refert ad נְבוּאָה. Scriptura autem cum istiusmodi distinctionem non adhibeat, locutio diuina ad Dauidem facta, non est nisi inspiratio, de qua 2. Tim. III. 16. (†) Præprimis vero Messias, secunda Diuinitatis persona, oculis Dauidis obuersabatur, quod vt ad liquidum deducamus, nolumus ad versiculum primum huius Pericopæ cum B. LUTHERO, PFEIFFERO (\*\*)& SCHOTTERO prouocare, rationes grammaticæ, accentuum positus, & quæ §. II. monuimus, obstant, quo minus calculum nostrum illis adiciere possimus. Versiculo tertio vero illius, qui vere dicitur amor atque deliciæ generis humani, mentio iniicitur, quoniam ibi vocatur אלהי ישראל ] 1 צור ישראל ] 2. Interpretes hic in diuersa abeunt, dum quidam primam tantum putant hic innui personam, quibus tamen obstare videtur, quod in præcedentibus iam eius facta sit mentio; alii vero (\*) per DEVM Israëlitis intelligunt primam, per rupem Israëlitis secundam Diuinitatis personam, qui tamen illa, quæ præcedunt, negligere

B 2

viden-

(†) Conf. von SANDEN in Dissert. de reuelatione diuina Regiom. 1702. habita p. 20. 58 seqq. (\*\*) Dub. Vex. ad h. l.

(\*) Vid. CALOUH Bib. III. ad h. l. Freywilliges Heb. Dpffer I. c. pag. 25. 26.



videntur. Ille, de quo sermo est hoc versiculo, dicitur אלהי ישראל. Deus ita dicitur, quod totus, vt ita loquar, fuerit in hoc populo colendo, ornando, amplificando, quem iure belli sibi acquisiuerat, in quem imperium exercuerat, cui leges tulerat, quemque ab impetu hostium defenderat. Conferas vero, quæ Exod. XIII. 19. XX. 2. XXIII. 20. Num. XX. 16. leguntur, & nulla dubitatione interposita, nobiscum in hanc concedes sententiam, Messiam esse, cui hæc beneficia tribuuntur, vi fœderis, quod cum patre pepigit, vnde etiam rex Iudæorum salutatur, quem in forma regiminis plane singulari, quæ Theocratia audit (\*), regio coluerunt atque persecuti sunt honore. Rupes significat aliquid firmi, solidi, stabilis, quod præsidium præbet afflictis atque solatium. Optime hæc declarant naturam DEI nostri. Diuum autem Apostolum si sequamur ducem, auctor nobis est grauissimus, filium esse rupem I. Corr. X. 4. coll. Ex. XVII. 6. Num. XXV. 1. Iudæi, qui hucusque securi in vtramuis dormiverunt aurem, nunc tandem de obiecto verborum sunt solliciti, quando ad posteriorem versiculi tertii partem peruentum est, ibique Dauidem substituunt, quasi DEVS regem monuisset, vt cum summa rerum ad illum esset delata, iustitiam sibi haberet commendatissimam, nec omnem Numinis abiiceret timorem. Ita R. KIMCHI, IARCHI & BEN GERSON ad h. l. Præterea autem quod nulla mutata personæ indicium adsit, & verbum היה Textui additum, verba deprehendimus adeo excellentia, vt homini competere non possint. Mentio hic fit regis בארם, cui non vnus populi, sed omnium summa erat transdita: צדיק, qui ipse iustus, iustitiam suam abundare facit in reliquos Zach. VIII. 9. מושל יראת אלהים, qui ipse perfectissima patris reuerentia affectus, curam quoque suorum

(\*) GOODWIN Moses & Aaron p. m. 24. seqq.



suorum habet, vt in timore Domini instituantur Jes. XI. 2. 3. CLERICUS (\*) putat respici hiis verbis vaticinium aliquod, in honorem Dauidis editum, quo verba hæc continerentur; Sed præter scripturam sapit. PISCATOR, cuius versio illis, qui castra Caluini sequuntur, probatur, verba ita transfert in sermonem patrium: *Wer über die Menschen herrschet, (der soll) gerecht (seyn,) er soll herrschen (in) der Furcht Gottes.* (\*\*). Quo vero fundamento auctor propositionem faciat vniuersalem, nobis non constat. Versio autem hæc cum præterea hoc & sequenti versiculo adeo sit adfecta, vt verba non altissimi, sed hominis obscurissimi referre videatur, non est vt illi immoremur. HULLERUS (†) cum eandem cum Iudæorum Magistris inflet tibiam, quæ his, sibi etiam putet dicta. Chaldæus versum tertium liberiori discursu rectius sic exponit. אמר דוד אלהא ישראל עלי מלל תקיפא ישראל דשליט בבני אנשא קושטא דאן אמר למנאה לי מלכא דהוא משיחא: דעתיד דיקום וישלט ברחלתא ייד: *Dixit Dauides: Deus Israël super me locutus est, fortis Israël, qui dominatur hominibus, iudex verax dixit, se constituturum mihi esse regem, qui futurus & dominaturus erit in timore Domini.* An vero R. D. KIMCHI, quando hæc Paraphrastæ verba adducit, ad Messiam respiciat, an filium Dauidis intelligat, aliis diiudicandum relinquo. Cum Chaldæo Syrus (††) consentit in versione, quæ a simplicitate nomen traxit, & antiquitate quam maxime se commendat. Verba in latinum sermonem translata ita fluunt: *Dixit DEVS Israël, & mihi dixit Potentissimus Israël, qui præest hominibus iustis, qui imperium exercet in timentes DEVM.*

## §. VI.

Res de qua Dauidi sermo, est dulcissimi generis  
B 3 humani

(\*) Comment. in Lib. Hist. p. 350. (\*\*) Biblia Pentapla V. T. P. I.

(†) Syntagm. Herm. p. 299. 300. (††) Biblia Polygl. Angl. T. II.



humani Seruatoris, ab illo oriundi, in carnem aduentus. Verbis nisi vim inferas, uel obtorto quasi collo in alienam rapias sententiam, aliud non spirant. Spir. S., cuius afflatu Dauides hymnos suos confecerat, moribundo in memoriam reuocabat illustrem quandam promissionem antea factam, quæ tempori §. III. & occasione §. III. expositæ inseruiret. Illustriorem autem & rebus magis accommodatam in sacro codice non inuenimus, quam quæ Dauidi 2. Sam. VII. 12. seqq. per Nathanem facta legitur. Promittitur Dauidi his verbis, quod Messias genus ab illo esset ducturus. Quodsi ipsum, cui promissio est data, audire iuuat, se verba non aliter intellexisse grauissimus nobis erit testis 2. Sam. VII. 19. 1. Par. XVII. 17. Fœdus hoc dicitur על, nullis circumscribendum limitibus, sed in perpetuum duraturum. Naturam autem huius fœderis, quod DEVS cum Dauidе contraxit, ut curatius inspiceremus, additur, quod fructus huius promissionis non exhauriretur a posteris Dauidis tantum, ut ad alios non redundaret, quam latissime potius manaret, & se diffunderet per omnes omnis ætatis, conditionis, dignitatis, ordinis homines. Fœdus constitutum est בכל in gratiam omnium, Judæorum Magistri ne victi veritati palmas dare cogantur, exponunt de tempore, ut R. D. KIMCHI & R. L. BEN GERSON. LXX, quoque addiderunt καίρω. Chaldæus לעלמא דאתי in seculum futurum. Hic vero Judæos suo abundantes ingenio, proprio se videas iugulare gladio, cum enim verba exponunt de posteris Dauidis, qui natales ab eo arcesserent, & dignitate regia eminent, fœdus hoc respectu neque æternum, neque in gratiam omnium constitutum esse, dici potest. Posteris Dauidis iamdiu regno exuti, a regia dignitate ad humilem sortem detrusi, & cum ciuibus exules, patria carere coguntur. Auctor quoque verborum nostrorum, Spiritu DEI doctus, alia non sibi promisit de posteris, aperte



aperte enim profitetur: כִּי לֹא יִצְמִיחַ futurum erit, vt domus mea redigatur ad paucos, dignitate regia priuetur, quinimo res illi redeat ferme ad incitas. Illi, qui rebus nouis studebant, inuidia flagrantes, falsam animo conceperant spem, fore, vt familia Dauidis per Salomonem propaganda, breui excinderetur, & ad internecionem vsque deleteretur. Falso hinc fruebantur gaudio. Propheta vero illis auctor est sat grauis, Salomonem cum posteris non fore graminis instar, quod cito efflorescens exitio suo imminet, dicit enim: כִּי לֹא בֵּן בֵּיתִי: אֵל עֲמֹסַי Fata autem durissima, quæ maneant omnes refractarios atque seditiosos, exponit auctor v. 6. 7. Amouebuntur hi vno cum Duce, sub quo militant, & cuius fidem sequuntur, spinarum instar, quæ nullius sunt vsus, qui nisi ad saniores mentes redeant, ferro ignique excidentur, illis adiudicandi, qui exquisitissimis doloribus cruciati, grauissimas impietatis dant poenas.

## §. VII.

Obiectum quod animo Dauidis, ad exitum prope-  
rantis, obuersabatur, cum adeo excellens, illustre esset  
atque magnificum, non potuit non vehementiores ani-  
mi motus excitare in illo, cum quo ad vltima erat per-  
uentum. Odæ atque hymni alias non sine Spiritus  
Sancti impulsu, ab hoc auctore conscripti, tenerrimos  
vbique spirant affectus, qui si fuerint cogniti, lectorem  
veritatis cupidum, in intimos verborum deducunt reces-  
sus, cum e contrario qui pretium illis eruendis non sta-  
tuunt, operam oleumque perdunt in psalmis intelligendis,  
hinc frustra quoque laborant in sensu eorum aliis de-  
clarando. Huius vaticinii, quo Noster in viuis esse desi-  
it, aliam ne velim credas esse indolem & rationem. Po-  
situs quidem verborum & accentuum, a naturali ordine  
recedens, in hæc penetralia nos manu non ducit, licet  
alias,



alias, cum adeo insolens auctori non sit, optime. Novissima hæc Davidis verba nos monent, animum sæpius dari pie adfectum, qui totus fertur in rem ante oculos positam, positus licet verborum insolentior illum non prodat. B. LUTHERUS in versione sermonis patrii affectum Davidis in ipso verborum limine ita expressit: *Es sprach der Mann, der versichert ist von dem Messia des Gottes Jacob.* Videtur hic pressisse Vulgatæ vestigia, quæ ita: *Dixit vir, cui constitutum est de Christo Dei Jacob,* in quam sententiam etiam fertur SCHOTTERUS (†), nisi quod ita LUTHERUM corrigat: *Cui erectus est excelsus.* Nobis vero cum propter rationem §. II. allatam, & causas §. XI. & XII. afferendas in hanc sententiam concedere non licet, de re ipsa quidem nullum est dubium, de alio vero affectus eruendi fundamento merito sumus solliciti. In certissimam Davidis ingressus erat spem, fore, ut Servator humani generis naturam humanam indueret, ad victoriam ab hostibus reportandam, & salutem humani generis, quæ hucusque erat nulla, reparandam. Pro certo habebat atque explorato, quod genus a se ducturus esset, in cuius victoria omnis illi salus erat posita, cum a virtute sua nec auxilium petere posset nec præsidium. In notitiam huius rei non nisi a Spiritu Sancto edoctus, & ab Interprete voluntatis diuinæ confirmatus v. 3. pervenerat. Hoc fundamento fretus, certus erat Noster, quam qui solent esse certissimi, & mala licet imminerent familiæ suæ, iis tamen se non frangi patiebatur, omni potius impetu ferebatur in Messiam, cuius aduentum summa cum animi voluptate expectabat, in illa licet incideret tempora, quibus res videbantur afflictæ atque inclinatæ: *כי כל ישעי וכל חפץ בי לא יצמיח:*

§. VIII.

(†) l. c. §. V. seqq.



## §. VIII.

Euolutis circumstantiis, quæ a rebus externis petuntur, ad interiora nobis erit penetrandum, & ex visceribus eruendæ, quæ in medium afferre e re ducimus. Offert se hic nobis primo loco Scopus dicentis, quem & Occasio §. III. & Tempus §. IIII. nobis produnt. Dauides iam in eo erat, vt illi eueniret, quod ad maximum terrorem mortalibus alias solet proponi. Seditioes, quibus in viscera sæviebant filius, & quibus utebatur sceleris ministris atque sociis, ægrotum moribundi sollicitabant animum. Impetus illius, qui hostilem in pios gerit animum, nullamque temere dimittit occasionem rei bene gerendæ, animum permouebant, quibus frangi & ita cadere potuisset afflictus, vt nulla res eum ad æquitatem animi potuisset extollere. Tantum vero aberat, vt Dauides his malis frangeretur, vt potius animo forti, vereque magno impetus hostiles sustineret, animum labantem erigeret, erectum consolando leuaret, leuatum confirmaret. Et quoniam spe certissima fretus, promissionem sibi datam non fore irritam, aduersa quæcunque æquo ferebat animo, amorem atque delicias humani generis in sinu, oculis atque ore habere gestiebat. Aduersarios atque impios, pessime rebus suis consulentes, sui admonebat officii, ne indulgentiam tanti regis, cui regna reliqui omnes ferrent accepta, frustra requirerent, quin imo neglecti officii grauissimas darent pœnas. Scopus itaque generalis horum verborum cum sit in eo positus, vt Dauides animum confirmet Messiaæ aduentu, rebusque aduersariorum consulat, refractariis autem pœnas denunciaret, cum speciali singularum partium illi optime conuenire intelligimus. Si enim a versiculo primo propter rationes §. II. allatas discesserimus, v. 2. & 3. adducitur fundamentum, cui fides Dauidis innitatur. Messias vero dum DEVS Israëlis dicitur, omnia cum Salomone gesta non nisi nutu illius at-

C

que



que sapientissimo consilio eius, qui specialem populi curam gerebat, facta significantur, quem quoque sibi aliisque præsidium proponit atque receptaculum. Hic est qui fata mortalium dispensat, qui iustissimus nos, vitiis flagitiisque notatos, purgat, & prout Patrem reueretur ipse, sic suos vero numinis imbuit timore. Versiculus 4. & 5. quoad priorem partem in specie respicit cogitationes male feriatorum, falsamque, qua animum lætabant, spem de excidio stirpis atque familiæ Salomonis. Meliora sibi promittit propter intimam cum Deo coniunctionem, naturam quippe qui induturus erat humanam. Promissionem Noster vocat fœdus ad significantum, quod certa, firma futura esset atque stabilis, quam sibi omnibusque ad salutem proponit. Tantum abest, vt Noster animo frangatur, si familia ad paucos fuerit redacta, vt potius ea delectetur, omnibusque id expetat votis. v. 6. Dux tribuitur impiis, quem sequantur, qui ipsi cum nullius sunt frugis, nec se ad officium redigi patiuntur, grauissimis afficientur suppliciis v. 7.

#### §. VIII.

Pedem promouemus ad illa, quæ verba nostra antecedunt, & quæ sequuntur. Pericopa nostra præcedenti capiti iungitur per Particulam Vau, vid. §. XI. Continet autem illud gratiarum actionem, quod DEVS causam Dauidis egerit, illumque vindicauerit ab hostibus. Vaticinium nostrum eiusdem ferme argumenti, iungitur, quo quasi finem labori, coronidemque operi imposuisse videtur, dum significat scriptor diuinus, a quo præsidium petierit, & cui auxilium acceptum tulerit Dauides. Subnectitur verbis nostris catalogus illorum, quorum opera Dauides vsus fuit in bello, qui tanquam viri fortes atque manu strenui res feliciter gesserunt. Noster autem illis confisus non est, spem potius atque fiduciam collocavit  
in



in Messia, in quo vno victoriam sibi positam esse iudicavit rectissime. Sed propius ad rem. Posterior versiculi prioris pars a nobis non Dauidi, sed scriptori sacro tribuebatur §. II., & antecedentia pro nobis militare videntur. Vers. 3. verba אלהי ישראל §. V. de Messia exponuntur, & consequentia nobiscum facere videntur. Posteriores autem commatis tertii partem quod spectat, sunt, qui verba interpretantur in casu quarto, quasi DEVS hic promississet Dauidi Dominatorem iustum, id est, Messiam. Sic SCHMIDIUS (\*) & BUDDEUS (\*\*). Si ad illa, quæ sequuntur, respicias, Particula Vau in וְכִנֹּר nexum sibi postulare videtur cum illis, quæ præcesserunt. Significatio promittendi in כִּנֹּר Scripturæ S. quoque adeo insolens non est. Verum si consideres, quæ ad §. V. sunt dicta, & addas nullam mutatæ personæ factum esse indicium, si analysis logicam §. X. suppeditandam quoque spectes, in sententiam nostram facile concedes. Idem sibi dictum putet HILLERUS, qui l. c. verba hæc ita vertit cum Judæis, quasi de Dauide agerent. Quod ad v. 4. & 5. attinet, videntur hi omnium difficillimi. Vt silentio præteream, quomodo interpretes Scopum loquentis §. VIII. expositum, negligant, verba ita lacerantur, vt sui similia non videantur. Juvat, vt dictis fidem faciamus, Reformatorum Versionem sermonis patrii, in medium proferre, cuius partem iam dedimus §. V.; versiculi vero sequentes ita fluit: So (wird er seyn) als wann der Morgen anbricht, (und) die Sonne aufgehet; (als wan am) Morgen keine Wolcken (sind, und) vom Schein, (und) vom Regen das zarte Kraut auß der Erden (herfürwächset). Biewohl aber mein Hauß sich nicht also (hält) gegen Gott; (iedoch) weil Er mir einen ewigen Bund gesezet hat, (welcher) in allem wol geordnet und bewahret (ist), so ist (im selbigen) all mein Heil, und

C 2

(\*) in Bibl. &amp; Comment. ad 2. Sam.

(\*\*) Hist. Eccl. V. T. T. II. p. 242. seq.





und all (mein) Lust, wan Er (ihn) schon noch nicht grühnet läßt. (\*) Nos salua aliorum auctoritate, periculum sumus facturi, an via simplici & non affectata locum vexatissimum suæ claritati natiuæ restituere, fontisque simplicitatem, quæ nobis debet esse commendatissima, vindicare valeamus. Constituunt verba v. 4. & partis prioris v. 5. Propositionem comparatiuam, id quod Particula ך v. 4. tanquam prioris Propositionis membri, & ך ן tanquam posterioris aperte significant. (\*\*) Prout itaque membrum prius huius Propositionis continetur v. 4., sic posterius priori commatis quinti parte exstat. Vt ab hoc telam ordiamur, sunt qui Partic. ך hic vertunt nominaliter per firmum, certum, stabilem, vt VITRINGA (†) SCHMIDIUS, (††) item im Freywilligen Heb: Opffer (†††). Quam significationem licet Partic. ך nonnunquam sustineat (\*), hic tamen in Propositione comparatiua eandem obtinere non potest; & cum SCHMIDIUS, BUDDVS, & Auctor der Erläuterung der gar schwehren und duncklen letzten Worte Davids (\*\*\*) particulam ן præterea reddant interrogatiue, Scopum loquentis neglexerunt, & signum interrogandi nulla ferme Scripturæ auctoritate addunt. Syrus & LXX. faciunt nobiscum; Prior enim reddidit: Non est eiusmodi domus mea cum DEO. Posteriores: οὐ γὰρ ἕτως. Re sic confecta quod ad posterius membrum attinet, vt priori quoque, obscuritate sublata, lux atque claritas sua constet, solliciti erimus. Propter rationes §. V. allatas  
in

(\*) Biblia Pentapla T. I. V. T.

(\*\*) DANZII Interp. §. 110. ed. min. in not. NOLDII Concord. Partic. Ebræo-Chald. p. 1001. seqq.

(†) Comment. in Ies. T. I. p. m. 307. b. 308. a. BUDDVS, l. c.

(††) Il cc. (†††) l. c. p. 32. seqq.

(\*) KOERBERI Lex. Partic. Ebr. p. 60. 61.

(\*\*) im Freywill. Heb: Opffer p. 32. seqq.



in eam ingressi sumus sententiam, v. 4. promissionis initium esse factum. De hoc ipso vero commate quaeritur, 1. an vnum an plura similia in eo contineantur? 2. Si plura, rem eandem significant, an diuersas? 3. An res denotent spirituales, an naturales? Vt ab ultimo ordiamur, CALOVIUS (†) totus in eo est, vt euincat, res spirituales hic significari, cui tamen natura similis obstare videtur. Quod ad 2. attinet, Scopus §. VIII. expositus impedit, quo minus a nobis impetrare possimus, vt statuamus, plures res significari, prout vnum quoque agnoscimus simile, per partes latius expositum atque deductum. Quia cupiditate flagrat, varias eruditorum sententias legendi, adeat CALOVIUM (††). Occasio, Scopus & Consequentia nos deducunt ad horum verborum sensum, qui hic esse videtur: Quemadmodum tempore verno & matutino, caelo sudo, a pluuia & sole herbam efflorescere, & segetem laetiolem surgere videmus, dicto citius autem marcescere, siti que emori languidam: Profecto non sic est domus mea cum DEO. Duo sunt, quae nobis hic obiici possunt: 1) cur hic quaedam in fine vers 4. adiecerimus? 2.) an caelum sudum & turbidum, quo nubes, quae imbrem dimittunt, intendunt se caelo, sibi opponantur? Quod ad prius, §. XI. nobis dicendi locus erit de Ellipsi, scriptoribus sacris familiari, ad posterius autem regerimus, Syrum nobis praetulisse faciem ad cogitandum de rore, qui tempore nocturno defluit, & plurimum confert ad incrementa graminis promouenda. Priusquam ultimam manum huic Paragrapho imponamus, restat, ut de ultimis v. 5. verbis pauca adiciamus. Verba ita se habent: **כי לא יצמח** Antecedentia his verbis lucem foenerant,  
 C 3 cum

(†) Bibl. Illust. T. I. p. 779. seq.

(††) l. c.





cum autem & fœderis & domus mentio antea sit facta, non immerito quæstio mouetur: an verbum propius respiciat, an remotius? Natura vocis  $\text{הַצִּמְיָה}$  & Scopus dicentis posterius suadent. Sensus itaque horum verborum est: Omnis salus & omne desiderium est, quando non germinare faciet domum meam.

## §. X.

Spiritus Sanctus, optimus dicendi magister, licet sua non exegerit ad canones Logicorum, sapientissimo quippe consilio sæpius ab illis recedens, ordinis tamen fuit obseruantissimus, hinc & nobis analysis logica horum verborum, quæ meditanda sumsimus, non erit negligenda. En itaque verba Dauidis nouissima, in quibus continetur I. inscriptio, quæ exponit 1. Tempus, 2. Auctorem verborum, ita vt a) humiles eius natales exponantur, b) dignitas eius regia  $\alpha$ ) in se spectata, &  $\beta$ ) a quo illi sit collata, extollatur, c) donum eius  $\theta\epsilon\omega\pi\nu\epsilon\upsilon\varsigma\iota\alpha\varsigma$  deprædicetur v. 1. II. Argumentum verborum, quod nobis sistit 1. obiectum personale, quod est a) DEVS Pater, b) Spiritus Sanctus v. 2. c) Filius, qui describitur  $\alpha$ ) respectu populi sui  $\aleph$ ) vt DEVS,  $\beth$ ) vt rupes,  $\gamma$ ) respectu reliquorum, vt Dominus, cuius affectiones sunt \* iustitia \*\* timor DEI s. reuerentia v. 3. 2. Obiectum reale, & quidem a) remotiue, est excidium familiæ Dauidis in Salomonis posteris, vbi  $\alpha$ )  $\omega\rho\acute{o}\tau\alpha\sigma\iota\varsigma$  per simile v. 4.  $\beta$ )  $\acute{\alpha}\omega\delta\omicron\sigma\iota\varsigma$  v. 5. parte priori. b) positiue, est aduentus Messiaë in carnem, vbi  $\aleph$ ) familia Messiaë,  $\beth$ ) fructus amplitudo,  $\gamma$ ) tempus v. 5.  $\delta$ ) pœna ab hostibus sumenda, qui describuntur \* tanquam qui pœnitere nesciant v. 6. \*\* grauissimis pœnis affiendi. v. 7.

## §. XI.

Accedimus tandem ad Philologiam, vt quæ exinde ad usum nostrum transferre queamus, delibemus. V. I.

(וְאֵלֶּה)



וְאֵלֶּה. Particula Vau sæpius quidem abundat, hic vero minime propter rationem §. VIII. allatam Vertenda nobis erit: Præterea (\*). Admittimus, pro- ut supra §. III. iam declarauimus, in his verbis Synchronism, i. e. Traiectionem, qua facta alio recensentur, quam contigerunt, ordine, non tamen sine consilio sapientissimo. Cl. WOKENIUS in aliam quidem ingres- sus est sententiam, dum Synchronismi bellum indixit, illam- que exulare iubet ex codice sacro. Hac ipsa enim sum- ma putat misceri imis, rotunda quadratis, quo maxime simus iniurii in verborum Sc. S. auctorem. Verum enim vero cum non omnis Synchronismus inferat confusionem, sed circumstantiæ sæpissime illam requirant, liceat nobis hac in parte a Cl. auctore, id quod pace eius fiat, discede- re, qui dum id sibi datum esse credidit, vt impietati Cri- tiorum obices poneret, & effrenem illorum libidinem, qua grassantur licentius in Sacrum Codicem, reprimeret atque retunderet, laboris fructum tulit amplissimum, qui- bus vero locorum, §. III. ex Samuelis libro allatorum, ordinem sartum textum conseruaret, frustra quærimus in Pietate Critica. וְאֵלֶּה includit significationem verbi substantiu (\*). Pro וְאֵלֶּה LXX. legerunt וְאֵלֶּה, reddide- runt enim αἰσος. Est vero nomen Particip constructum. Vocabulum tritum & commune in Prophetarum exordi- is. Targum reddit per וְאֵלֶּה. וְאֵלֶּה Vau hic reddendum est: Inquam (†). Ante וְאֵלֶּה supplendum ducimus וְאֵלֶּה. Celeb. WOKENIUS, cuius modo mentionem fecimus, El- lipses omnes ex sacrario Hebræi Textus exclusos vult in libro singulari (††), an vero hac ratione rebus Scripturæ consu-

(\*) NOLDIUS I c p. 281. n. 28.

(\*\*) DANZII Interpr ed. min. §. 40. l. 2.

(†) DANZII Interp §. 149. II.

(††) de Ellipsis e Textu Biblico Hebræo sollicite eliminandis, Witteb. 1732.





consuluerit, aliis diiudicandum relinquimus. Propius nobis ad verum accedere videtur HILLERUS, qui in Dissertatione peculiari fusius egit de sermone scriptorum diuinorum elliptico (†), qui p. 380. obseruat, τὸ ῥῶΝ sæpius esse supplendum, id quod ratio linguæ sibi postulat. **וְהָקָה** LXX. verterunt: ὃν ἀνέστησε κύριος ἐπ' αὐτόν κ. τ. λ. Codice non punctato sunt vsi. B. LUTHERUS reddidit: der versichert ist vom x. Sed verbum in hac significatione non occurrit in sacro codice, licet PFEIFFERUS quædam loca afferre voluerit (††). Rectius redditur: Qui constitutus est. MARCKIUS (\*) **וְהָקָה** pro Participio Hophal habet, quod in statu constructo ponitur ad mentem cl. Auctoris cum Patach, hinc sequens **עַל** nominaliter quidem vertit, sed tanquam rectum in casu Genitiuo, *constituti Excelsi, s. ab Excelso*, vt huic nostræ Propositioni cum sequentibus eo melius conueniat. Verum enim vero cum rationem nullam adferat, quare animum suum induxerit, vt hoc crederet, & hac ratione **וְ** mutatum esset in **וּ**, quod insolens videtur, in sententiam eius descendere non possumus. **עַל** est alias Particula, & scribitur cum Patach. Nonnunquam vero significationem nominalem sustinet, vt Hos. VII. 16. XI. 7. & in hoc loco. Syrus reddit. *Iugum* erexit. LXX. κύριος. Chaldæus **לְמַלְכוּתוֹ** qui euectus est in regnum. **מִשִּׁיחַ** significat vnctum, & adhibetur de Saulo 1. Sam. XXIII. 7. II. Dauide 2. Sam. XVIII. 22. Coreso Ies. XXXV. 1. V. II. Post **מִלְתּוֹ** supplendum censemus **הָיָה** est vel fuit, quod sæpe omittitur (\*\*) V. III, Pro **מִוֶשֶׁל** LXX. habent prouerbium,

(†) Syntagm. Herm. p. 368. seqq.

(††) Dub. Vex. ad h. l.

(\*) in Exeget. Exercitatt. ad L. selecta II. V. & N. T. Exercit. XII. p. 191. seqq.

(\*\*) DANZH Interp. §. 177.



bium, cuius mutationis ratio non potest esse ignota. Ante  $\text{יָרַת}$  suppleatur  $\text{ב}$ , in (\*). V. III. Vau in  $\text{וּכְאוֹר}$  reddendum est: Profecto, NOLDIUS (\*\*). Ante  $\text{יָרַת}$  inseratur  $\text{כְּאוֹר}$ , quando (†). Futurum vero hic ponitur pro Præsenti per Enallagen, Scriptoribus Sacris vsitatam. Celebrerrimus quidem WOKENIUS hic quoque auctoritatem Sc. S. sartam textam conseruare, & CLXXII. V. T. locis, ab Enallagis liberatis, Textum Ebræi Codicis simplicitati, DEO dignæ, restituere maximo contendit opere (††); ipsa vero status controuersia expositio in Præf. p. 8. facta, nos docet, quale iudicium de hac controuersia sit ferendum; quæritur enim: An tales dentur Enallagæ in Textibus S. Bibliorum originalibus, quæ veri nominis tales sint, & frustra, sineque causa ita posita? In fine versiculi 4. supplenda sunt hæc verba:  $\text{וַיִּצְאֵן וַחֲוִישׁ אֲבֵר}$  efflorescit herba, quæ cito rursus perit. Durior quidem, si verum fateri volumus, hæc est Ellipsis; sed GLASSIUS (\*) nobis auctor est, Scriptores Sacros sæpissime breuitatis studio, nec sine elegantia, præsertim in similibus, hoc elliptico dicendi genere uti, ut alterum comparisonis membrum vel plane omittatur, vel verbulo tantum significetur. Si vero vnum alterumue membrum interdum omittitur, quidni verba aliquot, ex antecedentibus facile supplenda? V. V.  $\text{כִּי}$  reddimus: Profecto, NOLDIUS (\*\*), ut adeo duplex affirmatio præmissa sit huic promissioni, quæ sollicitum habebat Dauidem, cum in  $\text{וּכְאוֹר}$  iam asseueratio facta esset.  $\text{עַם}$  notat nonnunquam coniunctionem, DANZIUS (†).  $\text{בְּרֵית}$  deriuatur vela  $\text{בְּרֵה}$  elegit, quod personæ & res eliguntur, inter quas, & de quibus fœdus contrahitur, vel a  $\text{בְּרֵה}$  percussit, quod in pangendis fœ-

D

deri-

(\*) HILLERUS l. c. p. 370. (\*\*) Concord. p. 272. n. 11. (†) NOLDIUS l. c. p. 386. n. 11. (††) in Textu Ebræo ab Enallagis liberato Lips. & Witteb. 1726. (\*) Philol. S. L. I. Tr III Sect. VI. p. m. 298. (\*\*) l. c. p. 394. n. 4. (†) Interpr. § 132.



deribus hostiæ cædi solebant. Denotat nonnunquam promissionem (+). **שׁוּב** posuit scilicet DEUS (++) , **וּשְׁמַרָהּ** Participium præteriti temporis ponitur pro futuro (+++). Post **חָפֵץ** suppleatur **כּוּ**, vel **חָפֵץ** legatur, sic enim alias occurrit. **יִצְמִיחַ** Lutherus reddidit: das nichts wächset. Est coniugatio Hiphil, significat: Germinare facit, scilicet DEUS [\*]. LXX. reddiderunt: *ὅτι ἢ μὴ βλασῆσῃ ὁ παρανόμος*, quoniam non germinabit iniquus, quod nomen ex sequenti versiculo transsumtum est, quoniam distinctionis rationem non habuerunt. V. VI. **וּבְלִיעַל**. Vau hic vertitur: *Quod attinet*, est enim in oratione aduersatiua [\*\*]. Composita est vox vel ex **בְּלִי** & **יַעַל** & denotat inutile terræ pondus, vel ex **בְּלִי** & **עוֹל**, i. e. qui iugum ferre non potest [\*\*\*]. Vtrumque eminentiori gradu competit Principi tenebrarum. LXX. verterunt: *παρανόμος*. Syrus & Chaldæus: Impii. **מִנֵּר** significat: Amota. LXX. *ἐξωσμένη*, eiecta. **כֻּלְהֶם** omnes illi, **ה** per Epenthesis insertum. RAMBACHIUS: Dum inserto **ה** tonus protrahitur, immorari aliquantisper videtur diuinus auctor considerationi huius multitudinis impiorum, antequam pronuntiet, illos in vniuersum omnes, quantacunque specie ornatos, esse plantas, a Deo non plantatas, adeoque euellendas [+]. **וַיִּקְחוּ** sument sumentes, vel sumentur. [++] V. VII. **וַיֵּשׁ** Vau hic redditur: Quodsi [+++] **אִישׁ** quispiam [++++] **בְּרֹזֶל וְעֵץ חֲנִירִית** ferro & ligno hastæ. Notes hic Hendiadyne, i. e. hasta ferro præfixa [++++]. Similis hic non habetur ratio, quoniam ita instructi spinas non solemus

(+) STOCKIUS in Clauē L. S. V. T. p. 153. (++) DANZIUS Interp. §. 79 II. (+++) Idem §. 162. 2. [\*] DANZ I c. §. 79. II. [\*\*] NOLDIUS I c. p. 298. n. 55. [\*\*\*] STOCKIUS I c. p. 458. BUXTORFFII Lex p. 558. [++] HERM. S. p. m. 342. [++] DANZIUS I. c. §. 72. 1. 3. [++++] NOLDIUS I c. p. 302. n. 60. [++++] DANZIUS I. c. §. 31. n. 1. [++++] GLASSIUS I. c. Lib. III Tr. I. can. 6. p. m. 553.



mus aggredi; respectus potius habetur ad rem ipsam, qui erant impii, seditiosi atque rebelles tempore Salomonis. שרף ושרוף comburendo comburentur. Hæc loquendi ratio apud Hebræos notat rei certitudinem [†]. Vau in שרף reddimus: Quinimo, quoniam grauissima hic denotatur pœna. [††] בשבת. LXX. αἰσχύνῃ αὐτῶν, in ignominiam illorum. Miscuerunt litteras, & suffixum addiderunt. Rectius: In sede, s. loco. Im Freywilligen Heb. Opffer [†††] hæc exponuntur de excidio Judæorum per Vespasianum facto. Cum vero generatim spectent ad omnes impios & refractarios, qui Messia se opponunt, non exclusis tamen illis, qui Dauidi occasionem dederunt, in hæc verba erumpendi, ratio non apparet, cur ad Judæos tantum vaticinium sit restringendum.

## §. XII.

Accentuum ratio cum quoque sit habenda, vsus illorum in primis se exerit v. l. B. LUTHERUS ita vertit: Es sprach der Mann, der versichert ist von dem Messia des Gottes Jacob. Huic versioni accentus repugnant. Particula enim על si vertenda hic esset *de*, coniungenda quoque esset per seruum cum sequenti voce משיח. Quod cum factum non sit, & præterea hæc vox accentu quodam domino maioris conditionis sit notata, apparet exinde, quod sensus hic quoque magis completus sit, quam in voce יעקב eodem accentu ornata. Vid. WEIMARUS [\*]. PFEIFFERUS quidem habet, quæ nobis obiiciat [\*\*]; Sed loca, ad quæ prouocat, ita sunt comparata, vt nostro non respondeant. v. 3. B. LUTHERUS: Es hat der Gott Israel zu mir gesprochen. Verba illa: zu mir propter accentuum positum rectius referuntur ad sequens comma; Sed cum hæc monuisse sufficiat, properamus ad

D 2

## §. XIII.

[†] DANZ. l. c. § 77. n. 1. [††] DANZIUS l. c. § 149. II. 5. [†††] p. 46. seqq. [\*] In vsu Accent. Bibl. p. m. 94. f. SCHOTTERUS l. c. §. V. VI. [\*\*] Dub. Vex. p. 400.





§. XIII.

Vt versionem Verborum Nostrorum suppedite-  
mus, quæ ita se habet:

v. I. Præterea §. VIII. XI. hæc sunt §. XI. verba Da-  
uidis nouissima §. III. Dixit §. II. VII. Dauides, filius  
Ischai, §. II. dixit inquam §. XI. vir, qui §. XI. constitutus  
est §. VIII. X. XI. excelsus §. XI. XII., vinctus §. XI. DEI  
Israëlis, amœnus Psalmis Israëlis. §. II.

v. II. Spiritus Jehouæ §. V. VIII. locutus est per me,  
& verbum eius fuit §. XI. super linguam meam.

v. III. Dixit DEVS Israëlis §. V. VIII. X., mihi §. XII.  
locuta est rupes Israëlis §. V. VIII., dominator inter homi-  
nes §. V. VIII. VIII., iustus, ib., dominator in §. XI. timo-  
re Domini §. V. VIII.

v. IV. Profecto §. XI. sicut §. VIII. VIII. XI. lux  
matutina, quando §. XI. oritur §. XI. Sol, mane non nu-  
bila, a splendore, a rore §. VIII. herba ex terra egredi-  
tur, cito tamen perit §. III. VIII. VIII. XI.

v. V. Profecto §. X. XI. non ita §. VIII. domus  
mea cum §. XI. DEO, quoniam fœdus §. VI. XI. æternum  
posuit DEUS §. XI. mihi, constitutum pro omnibus §. VI.,  
& obseruandum §. XI., quoniam omnis Salus mea & o-  
mne beneplacitum meum §. XI., quando DEVS non ger-  
minare faciet domum meam, §. VIII. VIII. XI.

v. VI. Quod attinet §. III. VIII. XI. Belial §. XI.,  
sicut spina impulsa §. XI. sunt omnes illi §. III. VIII. XI.,  
quoniam non manu sumentur §. VIII.

v. VII. Quodsi §. XI. quis §. XI. accesserit ad  
illos §. XI., hasta ferro præfixa armetur §. XI, quin imo  
§. XI. quam certissime igni consumerentur §. XI. in mansio-  
ne §. XI.

ERRATA.

Pag. 4. lin. 27. דגבר. p. 6 lin. 23. religione. p. 7. lin. 6.  
confirmandi. p. 13. lin. 18. יי pag. 15. lin. 13. vna. pag. 19.  
lin. 15. nullum. lin. 26. fluunt. p. 24. lin. 4. &

❖ ❖ ❖ o ❖ ❖ ❖